Quelle: https://manuscripta.at/?ID=31292
Copyright: Stams, Zisterzienserkloster

Sicut deficit fumus sic in superbia et elatione sua deficiant sicut fluit cera a facie ignis sic pereant peccatores a facie dei facie; in iudicio deducent. Et iusti rejocentur delicijs diuitiarum. Et exultent positi in conspectu dei clara iustione eius et delectentur in letitia sua quam nouerunt nullo fine claudendam.

Ppha questit sermone; ad fideles quibus tantam spem dedit hortans eos ad laudes deo decantantes dans dicens.

Cantate deo psallite autem fideli semper animo laudate eum opere vitam in gratiam nominis eius referendo iter facite ei corda vestra purificata preparando que dignetur ipse sicutis. Deus introiuit qui ascendit super occasum. i. mortem a mortuis resurgendo cui nomen est deus absolute qui preest omni creature. Exultate in interiori homine in considerazione primi futuri que exumpnas penitus vite mitigat. deo etiam exultate ex qui vos conturbant. Si oppressores pauperum viduarum et orphanorum turbabuntur a facie eius sic dei qui dicet ite maledicti in ignem eternum a facie eius dico qui est pater et patronus orphanorum et iudex viduarum.

Iterum ppha commendans xpm ait. Deus habitabit in loco sancto sic angelus et sanctus vir qui in habitare facit homines vnanimes in domo. i. ecclesia qui mutua caritate sociantur quorum est cor vnum et anima vna in domino.

Hic commendatur. Qui sic deus educit vinctos de vinculis peccatorum et sectos preso de carcere miserim restituendo suae voluntate allegato diabolo eduxit quos tenebat ille captiuos similiter etiam eos ducit soluendo eorum peccata qui exacerbant et provocant deum ad iram qui habitant in mala asperitate cognoscam carnis voluptatibus dedita talium enim miseretur alijs deus et educit eos a seruitute diaboli.

Vere dne educes vinctos. Quum tempus o deus manifestum ordinis fideles in omnibus tuis pietatem potentiamque tuam cognoscentes ad te conuertent et qui deserti iudeis pertransierunt in desertum gentilitatis ibi multos absolues.

peccatorum vinculis